



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm**

**Vinitor, Gerlacus**

**Coloniae Agrippinae, 1656**


II. De ipsa Missa solemni in specie.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9459**

plicat Corporale, reponit in bursam, & illam ponit super Calicem coopertum velo, quem collocat in Altari, vel super Credentia ut prius: postea redit ad locum suum retrò post Diaconum: qui cum dicit, *Ite Missa est*, cum Celebrante vertit se ad populum: & in Quadragesima dicto per Celebrantem *Oremus*, Diaconus in cornu Epistolæ vertens se ad populum: iunctis manibus dicit ut suprà, *Humiliate, &c.* quo dicto vertit se versus Altare à tergo Celebrantis, & Celebrans dicit orationem super populum.

22. In Missa solemnī Celebrans eadem voce & modo quo in Missis privatis, semel tantum benedicit populo, nisi sit Episcopus: & dicto Evangelio secundum Iohannem, vel alio ut suprà ministrante Subdiacono librum, si opus est, discedit cum ministris ordine & modo quo venerat.

23. Episcopus autem ter benedicit populo, etiam in Missis privatis, ut in Ceremoniali habetur.



**RITVS ET CEREMONIAE IN MISSA SOLEMNI seruanda parcius in Rubricis superiùs sunt descripta. Quare, ne quid in hoc Compendio Sacrorum Rituum desit, fusiùs de officio Sacerdotis Missam solemnem Celebrantis, aliorumq; ministrorum in eadem seruientium sequentibus titulis tractabitur.**

**TITVLVS II.**

*De ipsa Missa solemnī in specie.*

1. **M**issa solemnī, principalis & conuentualis est eadem, & dicitur illa quæ maiore quam

Tit. I.

ne, redit dextris gebrans ofscularur illicente, Pax tris genis responderamento in num retrò acem. Sub-acta Altari o vadit ad te ordinis, s, & reueticem Acolijs Acolybdiaconus ando opus llam vini purificare: o no vadit imunicat, e inclinati

ipit & de- si in Mis- uentur ut n & Sub- & Diaco- m à Cho- Commu-

rt librum adir retrò vadit re- ndat, ap- cooperit, plicat,

*Casaldus  
Praxi Care.  
lib. 1. sect. 9.  
num. 1.*

quàm Missa priuata celebritate, cum Ministris sacris infrascriptis celebratur, quæ in Ecclesijs Cathedralibus, Collegiatis & Religiosorum quorundem, in alijs verò saltem diebus festis celebrari debet: eius tanta erat antiquitus celebritas, ut nullo modo reliquis Sacerdotibus liceret priuatas Missas ante Tertiam celebrare, ne scilicet populus à publico & solemnino facto distraheretur, sed ut omnes Sacerdotes & vniuersus populus ad publica Missarum solemnina, & prædicationem verbi Dei conuenirent.

*Gavantus  
comment in  
Rubri. Part.  
2. Tit. 2. n. 5.*

2. Sed alia est solemnitas: alia minus solemnitas, solemnitas est ea quæ in festis solemnioribus cantatur, in qua nihil à Rubricis præscriptum omittitur, quòd ad solemnitatem indicandum spectat: minus solemnitas dicitur illa quæ in ferijs & festis non solemnibus cum ministris quidem cantatur, sed in ea omittitur incensatio Altaris & Chori, osculum pacis, aliæque solennitates secundum vniuscuiusque Ecclesiæ proprios mores & laudabiles consuetudines, Rubricis tamen non repugnantes. Quæ quidem à Rubricis non præscribuntur; tolerantur tamen, ut inter festa & profesta appareat differentia; hic autem, Missa minus solemnino in alium titulum reiecta, tractabitur de ipsa solemnino.

*Rubr. gener.  
Miss. tit. 15.  
num. 2.*

3. Huiusmodi Missa solemnino iuxta Rubricas generales in Duplicibus, & semiduplicibus, in Dominicis, & infra octauas, dicta in Choro Hora Tertia. In festis simplicibus, & ferijs per annum, dicta sexta. In adventu, Quadragesima, Quatuor Temporibus, etiam infra octauam Pentecostes, & vigilijs quæ ieiunantur, quamuis sint dies solemnini, Missa de tempore cantari debet post Nonam.

*Rubr. gener.  
Missal. tit. 5.  
num. 5.*

4. Missæ votiæ, quia non respondent officio, si solemnino celebrentur pro re graui, vel publica

publica Ecclesiæ causa, cum populi frequentia, cantantur post Nonam.

5. Excipiuntur ab hoc ordine dicendi Missam conuentualem, Missæ in Natiuitate Domini quarum prima dicitur post mediam noctem, finito *Te Deum laudamus* in Matutino, secunda in Aurora, dictis laudibus & Prima, tertia verò in die post Tertiam, vel vbi aliter ex dispensatione Apostolica disponatur. *Rubr. gener. Miss. tit. 15. num. 4.*

6. In Missa solemni clara voce à Celebrante dicuntur, quando intonatur *Gloria in excelsis*, & *Dominus vobiscum*, *Oremus*, ante orationes, & Offertorium, Præfatio, *Pater noster*, *Pax Domini*, & orationes ante Epistolam, & post Communionem. Alia quæ in Missa priuata dicuntur clara voce, in Missa solemni à Celebrante dicuntur submissa voce, audientibus tamen ministris sacris. *Rubr. gener. Miss. tit. 16. num. 3.*

7. In eadem Missa solemni Celebrans genuflectit ad omnia vt in Missa priuata, præterquam ad *flexamus genua*: & tunc ipse solus stat. Diaconus verò & Subdiaconus, & omnes alij genuflectunt. Ad versum verò. *Adiuuauos Deus &c.* & ad Versum *Veni Sancte Spiritus, &c.* genuflectit utroque genu in medio Altaris, vsque ad finem. Item genuflectit in die Annuntiationis Beatae Mariæ, & in tribus Missis Natiuitatis Domini, etiam quando cantatur in Choro *Et incarnatus est, &c.* Alijs diebus, si sedent cum cantantur ea verba, non genuflectit, sed caput tantum profundè inclinat: si non sedet genuflectit in superioris Altaris gradu. *Rubr. gener. Missal. tit. 17. v. 3.*

8. Itaque pro Missarum solemnum celebratione, tempore conuenienti, Sacrista in Sacristia super mensam oblongam præparat omnia paramenta necessaria pro Celebrante & ministris, *Gauantus in Rubr. Miss. Part. 1. Tit. 17. n. 3. lit. p.*

scilicet tres Amictus, Albas, & cingula totidem tres manipulos, duas stolas, Dalmaticam, & Tunnicellam pro Diacono & Subdiacono si eis utantur, alias duas planetas plicatas, quando eis indui debent, ut *part. 1. Tit. 19. n. 6.* dictum est. Item Planetam seu Casulam pro Celebrante, ita ut illius paramenta sint in medio, illa Diaconi à dextris, & Subdiaconi à sinistris, & coloris convenientis, atque Pluuiiale pro Presbytero assistente, si eo uti possit, & alia pluuialia pro assistentibus aut cantoribus in Choro.

9. Præparetur pro Missa solemnî Abacus, seu Mensa, quam credentiam vocant à latere Epistolæ in plano Presbyterij sine ullis gradibus, erit autem brevis demissa, & simplex, linteo mundo usque ad terram vndequaque pendente cooperata, eius tamen mensuræ, ut omnia necessaria in Missa super eam poni possint videlicet duo cancellabra cum cereis albis, Missale vnum seu duo, pro Epistola & Euangelio cantandis, in ipsius medio Calix cum Patena, Palla, Purificatorio, & Bursa corporale continens, atque ibi proximè capsula hostiarum cum Hostijs, & pellicula cum Ampullis vini & aquæ. Item Campanula ad elevationem SS. Sacramenti pulsanda, eaque omnia cooperientur velo coloris convenientis, quo retetur Subdiaconus cum Patenam tenebit. Ac reliqua omnia quæ usui esse possunt, iuxta solemnitates & functiones, quas exercere oportet, nec alio apparatu, seu pompa vasorum ornabitur, nisi Celebrante Episcopo, & maximè celebrante aliquo S. R. E. Cardinale quibus credentia solemnî apparatu vasis argenteis referta debetur. Sed neque Crux, neque Sanctorum Imagines, aut Reliquiæ in ea ponendæ sunt, nisi fortè aliqua tabella, aut Imago quam populus osculetur ad oblationem, si faciendâ sit, secundum consuetudinem locorum,

*Gr. Wandus  
com. ment. in  
Rubr. Miss.  
part. 2. tit. 1.  
n. 5. lit. x & y*

*Cavem Episc.  
lib. 2. c. 8.*

la totidem  
am, & Tu  
si eis vran  
ndo eis in  
n est. Item  
e, ita util  
coni à dex  
oris conue  
o assisten  
assistenti-

abacus, seu  
ere Episto  
ibus, erit  
eo mundo  
te cooper  
ecessaria in  
t duo can  
a seu duo,  
in ipsius  
atorio, &  
i proximè  
acula cum  
ala ad ele  
que omnia  
is, quo r  
it. Ac reli  
solemni  
tet, nec a  
itur, nisi  
orante ali  
a solemnī  
Sed ne  
aut Re  
ua tabel  
ad obla  
rudinem  
ocorum,

locorum, alias nulla prorsus apponi debet.

10. Præparetur Missale apertum in cornu Epistolæ super Altare, antequàm Celebrans veniat ad Altare.

11. Præterea in latere Epistolæ in plano paratur sedes vel scamnum oblongum panno decenti viridi opertum, super quo Celebrans & ministri sedeant, vt infra, dum modo SS. Sacramentum non sit expositum, tunc enim videtur superfluum, cum Celebrans sedere non soleat ad huiusmodi Missam, nisi urgente magna necessitate, & tunc posset parari.

12. Si Euangelium legatur in pulpito, & Epistola in alio pulpito, aut ambone, parari etiam debent pannis pretiosis, sed præcipuè pulpitum Euangelij coloris Missæ convenientis, vt infra.

13. Hæc omnia parata esse debent, si fieri potest, ante aduentum Celebrantis in Sacristiam, ita vt nihil prorsus desit eorum quæ sunt necessaria quando aduenerit.

### TITVLVS III.

#### De officio Sacerdotis Missam solennem celebrantis.

1. **H**ora competenti, & assignata de more, omnes tam Celebrans quàm Ministri in Sacristiam conueniunt; ibique ministris paratis Celebrans facta oratione lauat & tergit manus, tum accedit ad Paramenta quibus adiuuantibus ministris induitur dicens ad singula Orationes in Missali assignatas.

2. Celebrans omnibus paramentis, vt in Missa priuata indutus, omnesque ministri cum eo, Ceroferarij scilicet eum candelabris & cereis accensis hinc inde omnium postremi, Diaconus à dex-

K §

tris, &c